



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

**Sandini, Antonio**

**Bambergæ, 1753**

XXVIII. S. Eutychianus Anno Christi 275. Aureliani Imperatoris 5.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65446](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65446)

tianum, quia, ut ait idem Pagius §. 11. persecutio ab Aureliano excitata brevissima fuit, cum econtra tam Decii, quam Valeriani persecutiones diuturna fuerint: ob quam etiam rationem Numeriani & Maximiani Herculi mentionem non facit, qui tamen ante persecutionem Diocletianeam, Ecclesiam vexarunt, ut ex Annalibus liquet.

## XXVIII.

## S. EUTYCHIANUS

ANNO CHRISTI 275.

AURELIANI IMPERATORIS 5.

Bar. ad EUTYCHIANUS, Marini seu  
an. 275. Martini filius, Hetruscus, pa-  
§. 3. triam Lunensis, anno 275. pridie  
Pag. an. Nonas Junii Pontifex dictus est. Hic  
274. §. 5. constituit, fruges, fabas & uvas super  
Bar. an. 283. §. Altario benedici, teste auctore Libri  
14. 15. Pontificalis, non quod id antè non  
16. fieret, sed quod nondum id esset san-  
Pag. §. 5. ctione decretum. In eodem Libro  
Pontificali, & Martyrologio Ro-  
mano VI. Idus Decembris legitur  
tumulasse manibus suis martyres duos  
& quadraginta supra trecentos: ac  
præ-

præterea cavisse, ne quis martyrem sepeliret sine Dalmatica, aut Colobio purpureo. (1) Obiit VI. Idus Decembris anno Christi 283. Pontificatus octavo, mense quinto, ac die tertio. Ejus corpus olim in patriam Lunam relatum, nunc invenitur Sarzanæ urbe vicinâ, quæ Lunæ penitus desolata destructæque in honore Cathedrali successit. (2)

### ANNOTATIONES.

(1) Blanchinus in notis ad Anastasium Bibliothecarium tom. 2. part. 2. pag. 244. *Vindicandorum Martyrum curam promovens cætus Pontifex, providenter præcepit, ut adderentur indicia certa martyri in eorum depositione. Adhiberi mandavit Colobium aut Dalmaticam non qualemcunque, sed purpuratam ad involvendos Martyres, quos etiam purpuratos vocare consuevit Ecclesia in Hymno omnium Sanctorum*

Vos purpurati Martyres.

*Ante hoc decretum Eutychiani consueverunt Christiani sacra Martyrum corpora sepelire cum linteis ipsorum sanguine respersis.*

Colobia, & Dalmaticæ erant tunicæ tales. Hæc distabant dalmaticæ à tunicis

& colobiis, quod Dalmaticis amplæ erant manicæ, tunicis strictæ, colobiis vel nullæ, vel breviores.

(2) Bolland. tom. 8. Maji pag. 40.

## XXIX.

S. CAJUS.  
ANNO CHRISTI 283.  
CARINI ET NUMERIANI  
IMPERATOR. 1.

Bar. an. 283. §. 17. **C**AJUS Dalmata Salonitanus, Caji filius, propinquâ cognatione Diocletiano Imperatori junctus, anno 283. XVII. Kal. Januar. Pontifex renunciatur. *Erat vir magna prudentia magnaque virtutis, ut est in Actis S. Sebastiani cap. 18. apud Bol-*

Pag. 278. landum die 20. Januarii. Ab eo confirmatum dicitur institutum Ecclesiæ

Bar. an. 296. §. 1. 2. *vetus, ut Clerici per septem Ordinum gradus documentum suû dantes, tenderent ad Episcopatum. (1) Quæ præterea gessit Pontificem agens per annos duodecim, menses quatuor, & dies quinque, latent tenebris obruta vetustatis. Mortuus est anno 296. X. Kal. Majas.*

Pag. §. 3.

AN-